



## **Concilia Provincialia Mediolanensis Sex**

**Borromeo, Carlo**

**Venetiis, 1602**

De vasis, ac instrumentis, ad extremæ vnctionionis sacramentum  
decenter ministrandum necessarijs, cum eorundem formulis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

De vasis, ac instrumentis ad extremæ vnctionis Sacramentum decenter ministrandum necessarijs, cum eorundem formulis.

*S V M M A R I V M.*

- 1 *Vasculum ex argento, stannoque ab alijs separatum.*
- 2 *Vbi duo, plura ve. Et de Sacramen. in genere, num. 18. Eiusdem forma. Ibidem. 21. Coryla, & sacculus, eorumque forma. Ibidem. Illius custodia locus. Ibid. 22. Clavisque à quo custodienda. Ibidem. 15.*

Inst. for. sup. lib. 2. De vasculu. extr. vnctio. Inst. sup. li. 2. De sup. eccl. Catā. colleg. & paroch.



*V*ASCVLV M sacri olei extremæ vnctionis, ex argento, aut stanno pretiosiori sit: idque à reliquis sacrorum oleorum vasculis separatum. Vasa duo sacri olei infirmorum, cum suis coryllis, & sacculis: Vbi verò plures parochi, animarum ve curatores sunt; totidem etiam vasa olei sacri.

Quæ ad ordinis Sacramentum, sacramq; ordinationem, & ordinandorum examen, atq; examinatorum officium pertinent.

*S V M M A R I V M.*

- 1 *Ordinibus conferendis ratio à Tridentino Concilio præscripta, seruanda.*
- 2 *Nihil in eorum collatione accipiendum.*
- 3 *Ordinationes sacræ, quando, & quo loco habendæ.*
- 4 *Edictum publicè ante ordinationem proponendum, & cuiusmodi, & vbi affigendum.*
- 5 *Dominico die, edicti promulgationem, & inlictionis litteras subsequente, Urbani, & diocesani parochi, quid præstent.*
- 6 *Eo ipso die, & alijs Dominicis diebus per mensem ante ordinationem supplicationes quæque alia agenda.*
- 7 *Dominico autem die ordinatione præcedente pastorales litteræ legendæ, processio agenda, populusque admonendus.*
- 8 *Ordinibus maioribus, initiandi, mense ante ordinationem Ep̄m adiciat. Primam*